

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Biblioteki Wyższego Seminarium Duchownego w Kielcach, sygn. RK 45/28, k. 96v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 109 pars II, 110–111 [Gn. 111]

[109 pars II] De ipso quamdiu stetit et de eius potencia. Nunc dicetur quamdiu stetit Imperium et potenter absque permunitione usque ad Greciam a tempore Darÿ Secundi, usque ad ultimum, que rex Allexander maximis et sediciosus devicit bellis. Tunc transmutatum fuit Imperium Babiloniam et stetit in Constantinopolim usque ad illud tempus, quo [I] se Roma de Imperio intromisit, et potenter optinuit usque ad presens tempus ex parte beati Petri, qui caput est Christianitatis. Cum Imperium Romam versum fuisset, ibi stetit, ut patet in premissis. Tunc Christiani absque iure fuerunt, idcirco quivis pro sua in terris faciebat voluntate, aut quid facere et perficere, et hoc absque querela permansit et per iudicium inultum, quia nullum fuit, ubi quid iusticiam consequi posset, et illud ad illud tempus perseveravit, quo se Roma de Imperio intromisit. Et ipsi venerunt et iusticiam consecuti fuerunt, eciam ibi exhibuerunt manus, unde manu potenter optinuimus usque in presens. Tunc Romam convenerunt et decreverunt deliberando^d, quomodo sibi regna subiugare possent. Et omnes unanimi consensu et pari consilio concordaverunt, quod edificarent castra in terris, unde sibi terras possent |sl^b| subiugare. Tunc arbitrati sunt sibi, quomodo castra confortarent, ut ipsis essent in iuvamen. Et illi acceperunt, qui nomen militare habuerunt, et eos super castra locaverunt cum tali iure, hucusque castrense ius |tum^b| | tenet in castrensi feodo. Extunc liberaverunt, qualia iuris statuta terris statuere vellent in terris tale constituerunt, quale adhuc terra Saxonia protestatur, per Constantinum imperatorem et Karulum cezarem.

[110] Nunc^a audire et intelligere potestis quod principibus et baronibus, et hiis omnibus, qui digne nomen sorciuntur, quomodo ipsi cum Romanis sunt arbitrati, quod scire vellent, quo iure Imperium deberet permanere. Et statuerint regi ius cum consilio, quod ipse sedem Romane regiam regere deberet [k. 108] ex parte beati Petri cum gladio seculari, unde adhuc Romanus advocatus appellatur. Idcirco vitam suam non potest demereri, nec in suo honore deliberari, nisi tribus casibus, qui in sequentibus patebunt. Quorum primus est ille, si sedem Romanam destruere vellet. Secundus est, si contra fidem vellet Catholicam. Tercius est, si sine causa legali vellet suam legitimam dimittere uxorem. Quorum horum trium de uno, quod absit, fuerit convictus, extunc debet iudicare hos omnes, qui noxam et iniusticiam fecerunt aut qui caput demerentur. Et insuper omnibus commisit, qui iudicis nomine censentur cum eo protegere viduas, et pupillos, et domos Dei, et omnes iniurias humiliare et iusticiam confortare. Insuper iudicium commisit omnibus iudicibus temporalibus cum eo iudicare super omnes hos, qui in maleficiis fuerint comprehensi in facto manifesto, et

ad iudicium capti, deducti et fuerint convicti, ut ius dictaverit. Ibi omnes iudices soli debent iudicare, vel preco ipsorum loco. Eodem modo ut iudices habent temporalem gladium a rege. Eodem modo sacerdotes habent spiritualem gladium ab Apostolico.

[111] Nunc^a attendatis, quis cezarem iudicare debeat, si ex hiis tribus premisis in uno fuerit convictus. Hoc facere Sacri Imperii Renensis pallatinus, qui imperatori ac Imperio fuerit ex arbitrio positus. Simili modo, ut pallatinus imperatorem debet iudicare, eodem modo iudicat burgravius [/] marchionem pro sua culpa, et burgravium scultetus.

^a ozdobny inicjał N wysokości dwóch wersów, in rubrum; ^b skreślone ręką autora podstawy; ^d skreślone s na końcu wyrazu

[hasła: Grecja, Dariusz II, Konstantynopol, Aleksander Wielki, cesarstwo, św. Piotr, Cesarstwo Rzymskie, chrześcijaństwo, Chrześcijanin, sąd, Rzym, rzymianin, zamek, zgoda, rada, prawo, Saksonia, Konstantyn Wielki, Karol Wielki, książę, baron, miecz, katolik, wdowa, sprawiedliwość, gorący uczynek, palatyn reński, marchia, burgrabia, sołtys, cesarz, lenno]